

quod particularis negatio possit per contrapositionem sibi ipsa conuerti. Nunc quoniam ostensum generalem affirmatiuam: et particularem negatiuam per contrapositionem posse conuerti. Ostendamus generalem negatiuam: et particularem affirmatiuam per contrapositionem sibi non posse conuerti. Et primo de generali negatione dicendum est. Nam si generalis negatio vera est: non necesse erit per contrapositionem sibi conuersam veram esse. Sed si falsa fuerit sibi per contrapositionem conuersam falsam esse necesse est. Nam si falsa est que dicit. Nullus homo animal est falsa erit fortasse eius per contrapositionem conuersio: que dicit. nullum non animal non homo est. Equale est enim ac si diceret nulla res est que non sit animal: et non sit homo. quod est omnis res que animam non habet: homo est quod aperte falsum est. Item si vera fuerit generalis negatio. falsa erit eius per contrapositionem conuersio. Nam si vera est nullus homo est lapis. falsa erit eius per contrapositionem conuersio que dicit. nullus non lapis non homo est. Equale est enim ac si dicat. nulla res est que cum non sit lapis non homo est. quod est omnis res quecumque lapis non fuerit homo est. quod falsum est. Innumerabilia enim inuenies: que non sunt lapides: quoniam homines non sunt ergo quoniam si generalis negatio vera vel falsa fuerit: falsa erit eius per contrapositionem conuersio: non est dubium generalem negationem sibi non posse conuerti. quod enim in aliquo fallit generaliter colligi non potest. Restat igitur ut id quod reliquum est monstremus particularem affirmationem per contrapositionem sibi non posse conuerti. Cum enim fuerit particularis affirmatio vera vera erit eius per contrapositionem conuersio. Nam si vera est. que dicit. quidam homo animal est: vera est eius per contrapositionem conuersio: quoddam non animal non homo est. Equale est enim ac si dicat quedam res: que animam non habet: homo non est: quod verum est. Lapis enim animam non habet: et tamen homo non est. Item si particularis affirmatio. que dicit quidam lapis homo est: falsa est: vera erit eius per contrapositionem conuersio: que dicit quidam non homo non lapis est. Equale enim est ac si diceret quedam res que homo non fuerit lapis non est: quod verum est. Equus enim homo non est. Et tamen lapis non est ergo si cum in quibusdam particularis affirmatio vera fuerit vera erit eius per contrapositionem conuersio: et si cum in quibusdam falsa fuerit particularis affirmatio. vera erit eius per contrapositionem conuersio non est dubium particulares affirmationes per contrapositionem non posse conuerti. Generalis vero negatio et particularis affirmatio: que contraiacentes sunt: in per contrapositionem conuersionibus contraria patiuntur. Nam in generalibus negatiuis siue generales negatiue vere fuerint siue false per contrapositionem conuersiones semper false sunt. in particularibus autem affirmatiuis: siue particularis affirmatio vera fuerit siue falsa: eius per contrapositionem conuersio vera est. Repetendum est igitur a superioribus et confirmandum quod in simplicibus terminorum conuersionibus particularis affirmatio: et generalis negatio sibi conuerti possunt. Generalis vero affirmatio et particularis negatio sibi conuerti non possunt. in his vero conuersionibus: que per contrapositionem fiunt contra est. Nam generalis affirmatio et particularis affirmatio per contrapositionem sibi ipsis conuerti possunt. Generalis vero negatio: et particularis affirmatio per

contrapositionem sibi ipsis conuerti non possunt. Et generalis negatio et particularis affirmatio: que sunt contraiacentes in veri falsique distantia (ut demonstratum est) sibi ipsis inuicem contraria patiuntur hec de categoricorum syllogismorum categoricis propositionibus dicta sufficiant. Si qua vero his pretermissa sunt in periermenias. Aristotelis commentario diligentius subtiliusque tractata sunt.

De syllogismo categorico. Liber Secundus



Superioris series voluminis quod ad categoricorum syllogismorum propositiones attinebat explicuit. Nunc autem quantum introductionis patitur temperamentum de ipsa categoricorum syllogismorum ratione tractabitur. et quoniam omnium compositorum firmitudo vel vitium: aut in his maxime reperitur ex quibus est compositum: aut penes bonam malam compositionem eius laus vituperatioque tenetur. Namque domus si sit fortibus lapidibus debilibus uestructa: ipsa quoque est fortis aut debilis. Idcirco autem si artificis compositionem equabilem solertemque fuerit nacta: ipsa quoque constructio merito stabilis erit: et laudabile fundamentum. Si vero insolentior compositio fiat: tota quoque quauis ex bonis ordinata lapidibus: nulla sese gerens fabrica stabilitate nutabit. Mos quoque hanc eandem imaginem secuti prius de his quibus ipse syllogismus constat id est propositionibus explicuimus. Nunc de ipsa inter se syllogismorum coniunctione oppositioque tractabimus. Illud vero meminisse debebis introducendis hic me prestitisse inchoantibus non introductis. Et primum quid sit esse in omni vel non esse paucis ostendam. Si qua enim res alterius generis fuerit: omnem intra se speciem continebit: et in toto species genere illa esse dicetur. Sit enim genus animal. homo vero species. homo ergo quoniam minus est quam animal: in toto animali esse dicitur. Omnis enim homo animal est: Si quis ergo sic dicat aliquam rem de alia re predicari. conuersa vice nihil interest. Nam si cut in toto animali homo est: sic etiam animal de omni homine predicatur. in toto vero non esse est. quotiens alia res ab alia re omni disuncta est. ut si dicas animal in nullo lapide est. nullus enim lapis animal est: et si dicas animal de nullo lapide predicat. de nullo enim lapide animal dicitur. Diffinimus ergo in toto esse vel in toto non esse sic in toto esse: vel de toto predicari dicitur quotiens non potest inueniri aliquid subiecti: ad quod illud quod predicatur dici non possit. Nam nihil hominis inuenitur: ad quod animal dici non possit. In toto vero non esse: vel de nullo predicari dicitur: quotiens nihil subiecti poterit inueniri ad quod illud quod predicatur dici possit. Nihil enim lapidis inueniri potest: de possit animal predicari. Illud sane notandum est quod esse in toto versa vice dicitur. Nam si aliquid de aliquo omni predicatur: illud de quo illud predicatur in toto illo esse dicitur quod predicatur: ut animal de omni homine dicitur. Homo non in toto est animali velut quedam pars intra totum animal latet. si quid in alio omni fuerit: in eo toto illa res de qua superius dicebatur esse dicitur: ut idem animal cum in omni sit homine: et de eo omni predicetur. Homo est in toto animali. His igitur positis quotienscumque ita dicimus: ut litteras pro terminis disponamus: pro breuitate hoc. et pro copendio facimus: id quod per litteras demonstrare volumus vniuersaliter de monstramus. Nam fortasse in terminis aliquibus falsum in

*Esse in toto
& non esse*

gerendum necesse sit. In litteris vero nūq̄ fallimur quoniam ad hoc utimur litteris quasi terminos ponere. In litteris vero ipsis nisi terminorum coniunctio per se firma valensq̄ fuerit: vlla neq̄ veritas, neq̄ falsitas reperietur. Quotiens igitur aliud de alio omni predicari volumus ostendere: sic ponimus: Sit primus terminus. a. Secundus. b. et predicatur. a. de omni. b. Hoc autem ita accepto tanq̄ si posuerimus a. animal. b. hominem. Eodem modo et de negatiuis Nam si dicamus. a. de nullo. b. predicatur: tale est ac si dicamus. a. q̄ est animal de nullo lapide predicatur q̄ est. b. et alia quecumq̄ huius consimilia. Omnis autem syllogismus simplex tribus terminis demonstratur atq̄ concluditur. Sed prius ipsorum syllogismorum figuras aspiciamus. Post vero de modis ordinibusq̄ eorum tractabimus. Tribus igitur terminis ita positus: vt prope se sit i conneri sint tres non ultra fieri complexiones necesse est hoc modo. Sit enim. a. sit. b. sit. c. aut enī. a. de. b. predicabitur. et. b. de. c. aut certe. a. et. de. b. predicabitur. et. de. c. vel isdeꝝ ipsis. a. terminus videbitur esse subiectus. Sit enim. a. bonū sit. b. iustum sit. c. virtus. aut enim. a. i. bonum erit in omni. b. i. iustum et dicetur. omne iustum bonum est et item. b. iustum. In omni. c. virtute. et dicetur. omnis virtus iusta est. Et erunt huiusmodi propositiones. Omne iustum bonum est. et omnis virtus iusta ē. aut a. i. bonum. de. b. q̄ iustum est. et de. c. q̄ virtus est predicabitur. vt sit. omne iustum bonum est. Omnis virtus bona est: aut certe. a. bonum. b. iusto et virtuti. c. subiacebit. Ut dicatur. omne bonum iustum est. oē bonum virtus est. In hac enī complexiōe. b. et. c. de solo. a. termino predicatur. *U*ero. a. de omni. b. termino. et. b. item predicatur de omni. c. Hanc figuram voco primam que diffinitur sic. Prima figura est: in qua is qui subiectus ē: de alio predicatur. Namq̄. b. quidem. a. termino subiectum est. ad. c. item terminū predicatur. Extremitates vero dico huius figure qd̄ predicatur et q̄ subiectum est. i. a. c. Namq̄. a. predicatur. de. b. termino. c. vero terminus. b. termino subiacet. Medium vero voco illud quod alij subiacet. et de alio predicatur. i. b. Nam. b. terminus. a. termino subiacet. de. c. vero termino predicatur. Maior vero extremitas est: que prima predicatur. i. a. Namq̄ idem a. de. b. termino predicatur. Minor vero que medio termino subiicitur. i. c. Namq̄. c. terminus medio termino. i. b. subiectus est. de eo enim. b. medius terminus dicitur. Maior vero terminus. a. vocatus est. i. qui predicatur: quoniam omne predicatum ab eo de quo predicatur maius est: Et in conclusione sicut i prima propositione semper. a. terminus predicatur. a. n. bonum predicatur. de. b. iusto. Et dicitur omne iustum bonum est. b. vero medi⁹ terminus predicatur de. c. et dicitur omnis virtus iusta est. *E*x his igitur concluditur in syllogismo. omnis virtus bonum est. et. a. bonum nominabitur de. c. virtute. atq̄ ideo a nobis maior extremitas appellatur. Id vero meminisse debemus: q̄ ea que paria sūt: retorqueri possunt et ad se inuicem predicari: et sicut id quod predicatur in eo qd̄ subiectum est omni est ita rursus conuersum q̄ fuerat subiectum: in eo q̄ antea predicabatur omni erit. Nam si. f. et. g. duo termini ita sibi sint equales: vt neuter neutro maior sit cum predicaueris. f. de omni. g. erit. f. terminus in omni. g. termino: Si vero conuertat et predicat. g. terminum de. f. termino: erit versus. g. terminum in omni. f. termino esse. sit enim. f. ri-

sibile. g. homo. Ergo si predicat. f. risibile. et. g. hominem subicias. f. risibile in omni. g. inuenitur. Omnis enim homo risibilis est. Si vero predicat. g. homines ad. f. risibile. g. homo in omni. f. risibili reperitur. Oē enim risibile homo est. Quid autem termini sint: vel quid predicatio: aut quid subiectio prior de propositionibus libro satis dictum est. Sed ne forte errem⁹ q̄ videtur vniuersalis affirmatio: conuersa. Nam de hoc quoq̄ superius dictum est. Medio vero hoc solū monstrare volumus: quod que sunt in toto paria sola conuertantur. Hoc tamen prodest ad ostensionem syllogismorum que sūt in circulo quam in analyticis diximus. De prima categoricorum figura expeditum est. Secunda vero figura est quotiens. a. termin⁹ de vtrifq̄. b. et. c. terminis predicatur hoc modo. Si. n. dicas a. bonum de omni. b. iusto vt sit hoc modo propositio Omne iustum bonum est. Et ita. a. bonum de of. c. virtute: vt si dicas. Omnis virtus bonum est solum. a. de vtrifq̄. b. et. c. terminis predicasti: et erit secunda figura. Medius autem terminus in hac figura erit qui de vtrifq̄ predicatur. i. a. Extremitates vero ea que subiecta sūt. i. b. et. c. Maior vero extremitas est de qua primo. a. terminus appellatur. i. b. iustum. vel si ad. c. primo predicabitur. c. terminus maior terminus inuenitur. iccirco q̄ ea extremitas: de qua medius terminus primo predicatur: in conclusione ipsa quoq̄ predicabitur. vt superius demonstratum est. Minor vero extremitas erit ad q̄ medius terminus posterius predicabitur. *T*ertia vero figura erit quotiens: a. et. b. termini de vno. c. predicantur. Si quis enim predicet. a. i. bonum de. c. i. virtute: vt sit huiusmodi propositio. Omnis virtus bonum est. Itē. b. predicatur de c. vt sit omnis virtus iustum est. *T*ertiam figuram facit. In hac vero figura medius termin⁹ erit qui vtrifq̄ subiectus est. i. c. Namq̄ de. c. termino. a. et. b. terminis predicantur. Maior vero extremitas est que primo predicatur. i. a. Minor vero que postea. i. b. vel si quem libuerit. b. prius. a. posterius predicare s̄m priorem posterioremq̄ predicationem maior minorue extremitas inuenietur: et hic quoq̄ maior extremitas in conclusionibus sicut in superioribus alijs figuris de minore predicatur. *E*xpeditis igitur tribus syllogismorum figuris dicendum est: quia perfectus syllogismus est: cui ad integram probatamq̄ conclusionem ex superioribus sumptis et propositis nihil deest. Sed modo atq̄ ordine facta conclusio nihil de habens per ea q̄ antea proposuit terminatur. Imperfectus vero syllogismus est: cui: nihil eque ad perfectionem deest. Verumtamen in his que in propositionibus sumpta sunt: aliqua desunt: cur ita esse videtur: sed et he diffinitiones omnes posterius liquebunt. Nunc autem vnde he figure nascantur: breuiter explicandum est. Quoniam vnde nascantur: in eadem iterum resoluntur. Sed secunda et tertia figura de prima figura nasci et procreari videntur: Sit enim. a. terminus in omni. b. termino. et de omni eo predicatur. b. vero terminus de omni. c. termino predicatur. hec vt dictum est prima syllogismorum figura est. Si quis igitur maiorem extremitatem propositionemq̄ conuertat: et q̄ fuerat antea predicatum faciat esse subiectum secundam faciet figuram. Nam quemadmodum. a. terminus predicatur de. b. termino ita. b. de. c. Si ergo conuertat et fiat vt. b. termin⁹ de. a. termino predicet. Inuenitur. b. terminus qui antea medius fuerat: et. a. terminus subiect⁹. de. c. vero termino predicatur: ad vtrifq̄ terminos

Prima figura

terminos predicatiu. Age eni quonia. a. bonuz de .b. iusto predicabat. b. vo iustu d. c. Virtute predicabat: erat propositio. omne iustu bonu est. omnis virtus iusta e manete ppositione que est. omnis virtus iusta est. prima ppositio. omne iustu bonu est couertat z fiat omne bonum iustum est. Inueniuntur igitur propositio nes sic. omne bonuz iustus est. omnis virtus iusta est iustus. i. b. de. a. z. c. terminis predicabit. Conuersa igitur maiore poris figure extremitate secunda syllogis moru figura pcreat. Tertia No figura nascit minorri ppositione couersa. Nam si. a. bonu predicat de. b. iusto: vt dicatur. omne iustus bonuz est. b. vero iustu predicatur de. c. virtute vt dicat. omnis virtus iusta e si priore ppositione manente. i. omne iustu bonu est Secunda que e. omnis virtus iusta est. Couertat z fiat. omne iustus virtus est. Inueniant omnes propositio nes sic. Omne iustus bonu est. Omne iustum virtus. z de. b. iusto. a. z. c. termini predicant z fit tertie figure coneruo. Conuersis igitur primis posterisqz extremitatibus prime figure: tertia vel secunda figura nascunt. At No vnaqueqz haru triu figuraz het sub se plures syllogismoru modos: vt modi sub figuris ita sint: vt sunt spes sub suis generib. Habet enim prima figura sub se Aristotele auctore modos quatuor: s; Theophrastus: vel Eudemus sup hos quatuor qnqz alios modos addit Aristotele dante principium secundo prioru analyticorum volumine q melius postmodum explicabitur. Secunda vero figura habet sub se quatuor modos. Tertia vero auctore Aristotele sex addunt etia alij vnu sicut ipse Theophrastus superiores. s. sequens. Et qm (vt supiore libro dictu e) alie ppositio nes affirmatiue sunt alie negatiue z earu alie vniuersales: alie vero pticulares fm eas ipas propositio nes syllogismorum conclusionesqz iunguntur.

¶ Namqz pme figure primus modus e q fit ex duabus vniuersalib affirmatiuis: vniuersalem affirmatiuaz colligens. Si eni. a. terminus fuerit i oi. b. termino: z si. b. terminus: de oi. c. termino fuerit predicatus. a. terminus de omni. c. termino predicatur. Namqz. a. bonu si predicatur de. b. iusto: vt sit: omne iustum bonum e. b. vero iustum: si predicet de. c. virtute: vt sit ois virtus iustu e: necessario concludit extremitatib ad se inuice predicatis. i. a. z. c. vt sit: omnis virtus bonu e. Snt igitur huiusmodi ppositio nes: atqz conclusio. Si. a. i omni. b. fuerit z. b. in omni. c. fuerit. a. terminus de omni. c. predicabitur. i. Omne iustum bonum est. Omnis virtus iusta est: z conclusio. Omnis igitur virtus bonum est: z hic prime figure modus primus. ¶ Secundus vero modus prime figure est quotiens ex prima vniuersali negatiua z secunda vniuersali affirmatiua: conclusio vniuersali negatione colligitur. Si eni sit. a. malum. b. bonum. c. iustum. a. terminus de nullo. b. termino predicabit. Nullu eni bonu malum e. b. vero terminus de oi. c. termino predicabitur. Omne enim iustu bonu e. Quare colligit nullu iustu malu est: z hoc modo e. Si. a. terminus de nullo. b. termino predicatur. b. vero terminus de oi. c. termino fuerit predicatus. a. terminus de nullo. c. predicabitur: vt est. Nullum bonum malum est. Omne iustum bonum est. Nullum igitur iustum malum est. ¶ Tertius vero modus prime figure est: quotiens ex vniuersali affirmatiua: z particulari affirmatiua: particularis affirmatiua colligitur. Nam si. a. virtus de oi. b. idest bono predicetur. z. b. de quodam. c. idest iusto fuerit predicatu pticulariter: erit quoqz conclusio particulari

ter huiusmodi: vt. a. virtus de quoda. c. iusto particulariter predicetur. Si igitur fuerit. a. terminus i oi. b. z .b. terminus in aliquo. c. particulariter: erit. a. terminus in aliquo. c. particulariter: vt fit.

Omne bonum virtus est.

Quoddam iustum bonum est.

Quoddam igitur iustum virtus est.

¶ Quartus modus prime figure est talis: quotiens ex vniuersali negatione: z particulari affirmatione particularis negatiua colligitur. Nam si. a. terminus: de nullo. b. termino predicetur. b. vero terminus de quoda. c. termino predicet. a. terminus de quoda. c. termino no predicabit: qd monstrat subiecta descriptio. Nam sunt huiusmodi propositio nes.

Nullum bonum malum est.

Quoddam iustum bonum est.

Quoddam igitur iustum malum non est.

¶ Hos ergo quatuor. In prima figura modos in analyticis suis Aristoteles posuit. Ceteros vero quinqz modos Theophrastus vel Eudemus addiderunt quibus Theophrastus grauissime vir Auctoritatis visus e consensisse q snt huiusmodi. Nam qm particularis affirmatiua sibi ipsi conuertitur: quisqz ostenderit in conclusione. a. terminus de quoda. c. termino pticulariter predicari. In eade ipsa conclusione monstrauit. q c. terminus de. a. termino rursus pticulariter predicet. Nam sibi pticularis ppositio conclusione conuertitur. Si. a. terminus de quoda. c. termino fuerit. c. terminus de quodam. a. termino predicabit. Item quisquis vniuersale negatiua in conclusione probauerit: necesse e euz ipsius quoqz conuersiones in eade conclusione ppassse. Vniuersalis eni negatio semper sibi couertit. Nam si quis probauit q. a. terminus de nullo. c. termino predicet: no est dubius quin in hac conclusione illud quoqz probatus sit. q. c. terminus de nullo. a. termino predicetur. Semp eni (vt dictu e) vniuersalis negatiua sibi ipsi conuertitur. vniuersalis quoqz affirmatiua duplici conclusione continetur. Nam quisquis ostendit. a. terminu de oi. c. termino predicari. Illud quoqz ostendit q. c. terminus de quoda. a. termino pticulariter predicet. Si qs. n. pbauerit aial de oi boie posse predicari ita dices. Ois ho aial est: illud quoqz necessario monstrauit particulariter: qm quoddam aial ho e. Ita semp vniuersalis negatiua z vniuersalis affirmatiua vel particularis affirmatiua dupliciter concluduntur. Alie eni sibi ipsi couertuntur: q pticularis e pticulariter q vniuersalis vniuersaliter. Alia No cu ipa vris sit pticulariter sibi ipsi couertit. ¶ Particularis at negatiua nuqz sibi ipsi couertit. Atqz io simpliciter se retinet conclusione. Hoc at qd nup dixim i secundo primorum analyticorum libro ab Aristotele monstrat. Qd soli Theophrastus z Eudemus pncipiū capiētes ad alios i pma figura syllogismos adijciendos animu adicere q snt huiusmodi q καταδιακλασιν vocant. i. p refractione quada conuersionesqz ppositio nis. Et est qnqz modus ex duab vniuersalib affirmationibus pticularē colligēs affirmatiua hoc mo. Si. a. fuerit i oi. b. z. b. fuerit i oi. c. posset equidē concludi q. a. eet in omni. c. Sed qm ista vniuersalis propositio (vt dictum e) particulariter couertitur ptermisso eo q. a. terminus de oi. c. termino predicat: conclusio esse dicet q. c. terminus de quodam. a. termino predicatur: qd hoc exēplo monstradu e. Si enim sint ppositio nes sic omne iustus bonu e: omnis virtus iustum est: posset etiam concludi q omnis virtus bonum e. S; qm ita

propositio sibi conuertitur vt sit quoddam bonū virtus ē particulariter: particularis syllogismus cōclusioq; colligitur ex duab; vltibus affirmatiuis. Eius No forma talis ē. A. terminus i oī. b. z. b. terminus i oī. c. igitur. c. terminus in quodam. a. vt est.

Omne iustum bonum est.

Omnis virtus iusta est.

Quoddam bonum virtus est.

Per cōuersionē vō refractionēq; dicunt: qm̄ q; vniuersaliter colligebat cōuersū particulariter collectū ē. Sextus mod⁹ ē p̄me figure qui fit ex vli negatiua: z vli affirmatiua vniuersalē cōclusionē p cōuersionem colligēs. Mā si. a. termin⁹ i nullo. b. fuerit. b. vō terminus: i omni. c. termino fuerit posset equidē colligi qm̄ termin⁹. a. i nullo. c. termino ē. Sed qm̄ vniuersalis negatiua conuertitur dicimus quoniam. c. terminus in nullo. a. termino est: vt sit hoc modo.

Nullum bonum malum est.

Omne iustum bonum est: posset colligi.

Nullum iustum malum est. sed ex bis per conuersionem colligimus. Nullum malum iustum est.

Septimus modus est p̄me figure qui ex vniuersali affirmatiua z particulari affirmatiua per cōuersionē particularē colligit affirmatiuā. Si enī fuerit. a. terminus in oī. b. z. b. terminus de quodā. c. termino predicet. potest. a. terminus de quodā. c. termino predicari. Sed qm̄ particulare affirmatiuū sibiipsi conuertit p cōuersionē fit cōclusio: z dicuntur. c. terminus de quodā. a. termino predicari: vt sit sic. Omne bonū virtus est: quoddā iustū bonū ē. Posset etiā concludi qm̄ quoddā iustū virtus ē. Sed qm̄ particulare affirmatiuū cōuertitur: dicimus qm̄ quedā virt⁹ iusta est. Octauus modus ē p̄me figure: quotiēs ex vniuersali affirmatiua: z vniuersali negatiua particulariter colligitur. Si enī. a. terminus de oī. b. termino predicatus fuerit. b. vō terminus de nullo. c. termino predicetur: nō posset colligi qm̄. a. terminus de nullo. c. termino predicat. Lū at nō possit i resolutorijs dictū ē. S; qm̄ vli negatiua sibiipsa cōuertit. Idōt dici z cōuerti: qm̄. c. termin⁹ de nullo. b. termino predicat. b. vō termin⁹ de quodā. a. termino dicit: qm̄ vniuersalis affirmatiua particulariter sibiipsa cōuertit: qre. c. termin⁹ de quodā. a. termino nō predicabit: vt sit sic. oī bonū iustū ē: nullū malū bonū ē: nō posset colligi qm̄ nullū malum iustum ē. Sed conuertitur sic.

Nullum bonum malum est.

Quoddam iustum bonum est.

Quoddam igitur malum non est.

Non⁹ mod⁹ ē p̄me figure q; ex particulari affirmatiua z vniuersali negatiua particularē colligit negatiuā p cōuersionē. Si enim. a. termin⁹ de quodā. b. termino. b. vō termin⁹ de nullo. c. termino predicat: nō pōt qdē dici quoniam. a. terminus de quodam. e. termino non predicetur. Lur aut nō possit hoc quoq; i resolutorijs dixim⁹: sed qm̄ vniuersalis negatiua querti pōt: dicetur qm̄. c. termin⁹ de nullo. b. termino predicatur: z. b. terminus de quodā. a. predicatur. c. igitur terminus de quodam. a. nō predicabitur: vt sit sic.

Quoddam bonum iustum est.

Nullum malum bonum est.

Quoddam igitur iustum malum non est.

Expeditis igitur nouem p̄me figure modis ad secūde figure quatuor modos veniamus. Illud tñ cōstet q; quēadmodum in prima figura per nouem supradictos modos z affirmatiua vli: z negatiua vli: z af-

firmatiua particularis: z negatiua particularis: i cōclusionē colligit. In secūda figura affirmatiua neq; generalē: neq; particularem posse colligi. sed tñ vel particulariter vel vniuersaliter solas colligi negatiuas. Nullus lapis sensibilis ē: cōuersa: nullū sensibile lapis est. Omne animal sensibile est. Manet: omne animal sensibile ē. Nullū animal lapis est. Manet: nullū animal lapis ē. Est aut secūde figure modus p̄m⁹ bic quotiēs ex vniuersali negatiua: z vniuersali affirmatiua vniuersalis negatiua colligitur. si enī. a. terminus de nullo. b. termino z de oī. c. termino predicet. b. termin⁹ de nullo. c. termino predicabit. Sit enim. a. bonū: sit. b. malū. c. iustū. Si quis igitur sic dicat: nullū malū bonū ē. Oē iustū bonū ē: cōcludit: nullū iustū malū ē. Liqueat igitur maiorē extremitatē de minore i cōclusionē predicari. S; oēs: secūde figure syllogismi q̄uis veri sint ex seipsis nō pbant: sed ex p̄me figure modis implētur. Māq; si. a. termin⁹ de nullo. b. termino predicet z oī. c. termino sit: nōdū pbatū ē: qm̄ oī. b. termin⁹ de nullo. c. termino predicet. S; si qs ex isto secūde figure mō p̄mo s; modū faciat p̄ quertiōnē tot⁹ syllogism⁹ cōclusioq; pbata ē. Si qs. n. i hoc syllogismo q; ē. a. terminus i nullo. b. z idē. a. terminus de oī. c. predicat. a. b. ppōnē quertat: vt faciat cē. b. a. Mā oīs vli negatiua quertit. Si qs igitur dicat qm̄. a. termin⁹ de nullo. b. termino predicat: z. b. igitur de nullo. a. termino predicabit. S; a. de oī. c. termino predicabit. fit igitur p̄me figure secūde mod⁹ ex vli negatiua: z vli affirmatiua: vlem colligēs negatiua: vt sit cōclusio. De nullo igitur. c. termino. b. predicabit. His igitur cōuersionib; oīs secūde z tertie figure syllogism⁹ cōclusioq; colligit z pbat. Atq; iō qm̄ ex seipsis non sūt pbati nisi ex supiorib; cōprobēt. i. p̄me figure modis: qm̄q; i secūda vel tertia figura inuentus fuerit imperfectus vocatur syllogism⁹. Secūdu vō modus scde figure ē quotiēs ex vniuersali affirmatiua z vniuersali negatiua cōmutatis ordinib; vniuersalibus rursus negatiua cōcludit. Si enī. a. termin⁹ in oī. b. termino fuerit z de nullo. c. termino predicet. b. termin⁹ de nullo. c. termino predicabit. Sit enī. a. bonū. b. iustū. c. malū. Si qs igitur sic dicat. Omne iustū bonū est. nullū malū bonū. concludit nullū igitur malū iustū ē. S; hec cōplexio cōiunctioq; ppōnū duplicez cōuersionez habet. Ostendit enī de secūdo p̄me figure mō sic Māq; si. a. termin⁹ in omni. b. termino ē z de nullo. c. termino predicabit: hec vli negatiua cōuertit. Erit igitur vt. c. termin⁹ de nullo. a. termino predicet q; si ita ē: erit huiusmodi syllogism⁹. c. termin⁹ de nullo. a. termino predicat. a. termin⁹ in omni. b. termino ē. c. igitur terminus de nullo. b. termino predicabit. Ecce vna cōuersio facta ē p̄positionis negatiue. S; qm̄ dixim⁹ concludi nō. c. in nullo. b. sed. b. in nullo. c. termino hic vli cōclusio negatiua cōuertit. Et sicut cōclusū est. c. terminū de nullo. b. termino predicari: ita cōcludit de nullo. c. termino. b. terminū predicari. Tertio mod⁹ secūde figure ē: quotiēs ex vli negatiua z particulari affirmatiua particularis negatiua colligit. Si enī. a. termin⁹ de nullo. b. termino predicet z in quodā. c. termino fuerit. b. terminus de quodā. c. termino nō predicabit. Sit enī. a. bonū. b. malū. c. iustū. Si qs igitur sic dicat. nullū malū bonū est. quodā iustū bonū ē: cōcludat necesse ē: quoddā iustū malū nō ē. Hic quoq; syllogismus p cōuersionē hoc mō pbat. Mā si. a. termin⁹ de nullo. b. termino predicat. z. b. termin⁹ de nullo. a. termino predicabit. S; a. terminus

terminus de quodā. c. termino predicat. Redit igitur p̄
 me figure mod⁹ q̄rtus ex v̄li negatiua ⁊ pticulari af-
 firmatiua pticularis. s. colligens negatiuas. vt in hoc
 quoq̄ syllogismo. Mā hic quoq̄ pticularē negatiuā
 colligit idest. b. terminū de quodā. c. termino nō pdi-
 cari. Quartus mod⁹ est secunde figure q̄ ex vniuer-
 sali affirmatiua ⁊ pticulari negatiua pticularē colli-
 git negatiuā. Mā si. a. termin⁹ in oī. b. termino sit de
 quodā. c. termino nō predicabitur. b. terminus de quo-
 dā. c. termino non predicabitur. Sit enī. a. bonū. b.
 iustū. c. malū. Si q̄s igitur dicat oē iustū bonū ē: q̄dā
 malū bonū nō ē. cōcludit quoddā igitur malū iustū
 nō ē. Nec v̄o cōplexio atq̄ ordo p̄positionū p̄. Quer-
 sionē nō p̄t approbari. Generalis enim affirmatiua
 sibiip̄si cōverti nō p̄t. Demonstratur igitur iste syllo-
 gismus ex prima figura nō per cōuersionē sed p̄ im-
 possibilitatē: qm̄ si pticularis cōclusio negatiua i hoc
 syllogismo nō cōcluditur: aliquod icōueniēs ip̄sibi
 leḡ cōtingit. Sed hic impossibilitas p̄ primā figurā
 demonstrabitur. Dico enī qm̄ si. a. terminus de omni
 b. termino predicetur: ⁊ in aliquo. c. termino non sit:
 talē colligi cōclusionē: vt. b. termin⁹ de aliquo. c. ter-
 mino nō pdicetur. Mā si falsū ē huic cōtraiacēs propo-
 sitio vera erit. Particularib⁹ aut negatiuis v̄les af-
 firmatiue cōtraiacēs sunt vt in superiore libro do-
 cuimus: si igitur hic pticularis negatiua nō ē cōclu-
 sio: erit generalis affirmatiua. Sit affirmatiua gene-
 ralis ⁊. b. termin⁹ de oī. c. termino predicet: sed. a. ter-
 min⁹ de oī. b. termino predicat. b. v̄o termin⁹ de oī. c.
